

S. P.

Miraberis forsā, cum tam raro ad te scribam, cur  
iam tandē? ecce causam. Titius meus Germaniā  
cogitat, et, cum earum regionum ignarus sit, rogavit  
me ut sibi aliquibus ibi seu amicis seu vobis honestisq;  
viris commendarem: ego, ut amicissimus ei, facturum  
promisi. Iuvenis certe est cum probus, tum doctissimus,  
Linguae Graecae peritiss<sup>imus</sup>, orator eloquentissimus,  
Poeta optimus, Arithmeticus, Geometricus, Mathe-  
maticus, Musicus, nec eorum omnium, vulgariter  
tantum, ut alij solent, doctus, verum doctissimus,  
Plurimas praeterea frequentavit Academias: Me-  
dicinam etiam et Theologiam primis labris attigit,  
sed principalis semper studiorum scopus fuit, Ius,  
cui iam quadrivnum diligentissimam operam dedit.  
Hunc tibi, Mi Carole, maxime commendo, et  
per omnem amorem quo me complecteris rogo, ut eum  
sive in cubiculo sive conducendo, sive alijs quantum poteris  
curis dars velis. Tam gratum id mihi erit quam

quod gratis. <sup>mun</sup> Hisce Vale. cum uxore, liberis  
ceterisque omnibus. Hagē-comitis. vij.º. Sa. Mart. 1613.

Suus ex animo

R.  
onson: Eurgone  
abw  
a. 13